

PROPER of the MASS  
**DEDICATION OF THE BASILICAS  
OF SS PETER AND PAUL**

November 18

*Genesis 28: 17 Ps. 83: 2, 3*

TERRIBILIS est locus iste: hic domus est, et porta coeli: et vocabitur aula Dei. Ps. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. V. Gloria Patri.

DEUS, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis representas in columnis: exaudi preces populi tui, et praesta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per Dominum.

*Apocalypse 21: 2-5*

IN diebus illis: Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de coelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipse populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus: et abstergent Deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

INTROIT

Terrible is this place: it is the house of God, and the gate of heaven; and shall be called the court of God. Ps. How lovely are Thy tabernacles, O Lord of hosts! my soul longeth and fainteth for the courts of the Lord. v. Glory be to the Father

COLLECT

God, Who year by year dost renew the day of the consecration of this Thy holy temple, and dost ever bring us again in safety to the holy mysteries, hear the prayers of Thy people, and grant that whosoever entereth this temple to seek blessings may rejoice to obtain all that he seeketh. Through Our Lord.

EPISTLE

In those days, I saw the holy city, the new Jerusalem, coming down out of Heaven, from God, prepared as a bride adorned for her husband. And I heard a great voice from the throne, saying, Behold the tabernacle of God with men; and He will dwell with them: and they shall be His people, and God Himself with them shall be their God: and God shall wipe away all tears from their eyes; and death shall be no more, nor mourning, nor crying, nor sorrow shall be any more, for the former things are passed away. And He that sat on the throne said, Behold, I make all things new.

LOCUS iste a Deo factus est, inestimabile sacramentum, irreprehensibilis est. V. Deus, cui adstat Angelorum chorus, exaudi preces servorum tuorum.

*Ps. 137: 2*

ALLELÚIA, allelúia. Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nómini tuo. Allelúia.

*Luke 19: 1-10*

IN illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho: et ecce vir nomine Zachæus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives: et querebat videre Jesum, quis esset: et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycómorum, ut videret eum; quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderunt omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dóminum: Ecce dimidium bonorum meorum, Dómine, do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: Eo quod et ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis querere, et salvum facere, quod perierat.

DÓMINE Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa, et populum tuum, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israël, custodi hanc voluntatem, allelúia.

#### GRADUAL

This place was made by God a priceless mystery, it is without reproof. V. O God, before Whom stands the choir of angels, hear the prayers of Thy servants.

#### ALLELUIA

Alleluia, alleluia. I will worship toward Thy holy temple; and I will give glory to Thy name. Alleluia.

#### GOSPEL

At that time, Jesus entering in, walked through Jericho. And behold there was a man named Zachæus, who was the chief of the publicans, and he was rich; and he sought to see Jesus Who He was, and he could not for the crowd, because he was of low stature. And running before, he climbed up into a sycamore-tree that he might see Him, for He was to pass that way. And when Jesus was come to the place, looking up, He saw him, and said to him: Zachæus, make haste and come down, for this day I must abide in thy house. And he made haste and came down, and received Him with joy. And when all saw it, they murmured, saying that He was gone to be a guest with a man that was a sinner. But Zachæus standing, said to the Lord, Behold, Lord, the half of my goods I give to the poor, and if I have wronged any man of anything, I restore him fourfold. Jesus said to him: This day is salvation come to this house; because he also is a son of Abraham. For the Son of man is come to seek and to save that which was lost.

#### OFFERTORY

O Lord God, in the simplicity of my heart, I have joyfully offered all these things; and I have seen with great joy Thy people, which are present: O God of Israel, keep this will. Alleluia.

ANNUE, quæsumus, Dómine, precibus nostris: ut, dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia, te adjuvante, pervenire mereámur. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

*Matthew 21: 13*

DOMUS mea, domus orationis vocabitur, dicit Dóminus: in ea omnis, qui petit, accipit: et qui quaerit, invenit, et pulsanti aperiétur.

DEUS, qui de vivis et electis lapidibus æternum majestati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti; ut, quod Ecclesiæ tuæ corporalibus proficit spatiis, spiritalibus amplificetur augmentis. Per Dominum.

#### SECRET

Bow down to our prayers, O Lord, we beseech Thee that, while we pay our vows here below, we may, by Thine assistance, be worthy to attain unto everlasting rewards. Through Jesus Christ.

#### COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

#### COMMUNION

My house shall be called the house of prayer, saith the Lord: every one that asks therein, receives; and he who seeks, finds; and to him who knocks, it shall be opened.

#### POSTCOMMUNION

O God, Who from living and chosen stones dost prepare for Thy majesty an eternal dwelling, help Thy people who call upon Thee, so that what is profitable to Thy Church in material growth may be accompanied with an increase of that which is of the spirit. Through same Lord.